



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

82. Itemque ex Metempsicosi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

mortuæ concepta iteraret , dici vix potest quantum iis terrorem iniecerit , qui in procinctu ad baptismum stabant . Verum hoc alius multo nocentior etiam aliquos euerit Neophytes , nonnullos , qui magno in numero nunquam defunt , veterans licet , in frigus lethale fidei induxit . Au^tore incerto , sed tanquam ē cœlo vulgatum est , Patres colla eorum quos tingebant , dum precatoriis coronis redimirent , animas pariter ita illigate , ut transmissæ in alia corpora iisdem vinculis tenerentur . Sic procul patria miseris in Occidente renasci seruos , nulla vñquam spe libertatis , quod eis semel à Patribus illo coronatum occulto vinculo in eternam obstricti seruitutem . Eo consilio in Cocincina Patres à Lusitania Rege ali vt iis coloniis regni sui deserta frequentarer ; utereturque velut oneratiis iumentis ; eodem Patres doctrinam , ministeria , operam , res sacras dare Christianis gratuita : ad hoc porr^d spectrum tam formidabile à vulgi conspectu amouendum , comprehendi vix possit quantum sudarit Buzomius , quamuis patrum apud aliquos ex voto , quibus animo infedisset incantamenti vim fore irritam , si à Christianismo deficerent , qua delusi fraude , ad euirata idola rediere . Sed ab hoc portento , quam immani tam exitiali liberare deliro , satagentem periculum grauius aliò auertit .

Erat nostris vicinum ædibus templum quoddam multitudine statuarum , & concursu populi olim sanctum ; nostrorum tunc vicinia infrequens , & propè desertum . Die ergo quodam ex inopinato , en omnium conspicisci signorum cadavera , diruta , humi strata , trunca , membra tamen hoc illuc dissipata , tamen meditato eorum ludibrio , vt ad faciendam Christianis iniuidiam & proritandum in eos populum conscientum videtur . Latebat facti auctor , sed communis rumor sacrilegissimo transfugæ adscribebat , qui ciuitato baptismati , & Patribus , erat idololatra quis inveniatur ; causam is na^ctus qua nulla vberior ad exsaturandam rabiem , & exterminandos saltē Nuocimano Patres , stragem illorum Deorum iis ultro imputat , testem rei se iactat oculatum , hortatur populum stage in Patres consimili , offensos Deos vlciscatur ; quo voces improbi & fungi hominis frigidè audiente , prodit Bonzius quondam Mandatius , tunc diis artonius , & vindicta patrati in eos sceleris . Mandatios appellat minoris subsellij duos qui paucis ab utbe milliaribus hababant , causam , suopte ingenio concinnat sed qualiter decuit ab eiusmodi Architecto condi ; P. Buzonium phalange valida Christianorum trecentorum (quotum tres citabat de nomine) templum maius Nuocimani aggressum , confusis suorum vocibus stragem Deorum Cocicensium poscentem , deturbasse omnes altaribus , proculcasse , fregisse ; ac dispuluerasse ; ventum inde ad sacras ædicas antiquis regibus dictas qui regni tutelares , & Præsides Semideorum titulo colerentur &c . Haec vt impudentius mentitur iudicum fecit absentia , & vetus auctoritas auctoris . Delatam item atripiunt audie^r , Buzonium quem prouersus non norant , ciuisque socios , Bonzio rescribunt se pro sacrilegis damnuros ;

82.
Itemque ex
Metempsi-
cosi.

83.
Idola con-
fracta fallo
PP imputan-
tur.